

Bibliothèque numérique

medic@

**Rabault, Antoine - candidat / Myron,
Marc - président. - Est ne febribus
intermittentibus venae sectio
remedium ?**

1597.

[Paris]

Cote : ms 73 n°259

CARDINALITIIS DISPUTATIONIBVS EXAGITANDA IN SCHOLIS

lis Medicorum die Martis 13. Maij Moderatore Clarissimo viro M. Marco Myronio Medico Regio & in
augusto ac interiore Concilio Regis Assessore.

Est ne febribus intermittentibus venæ sectio remedium?



M corporum omnium quæ infra lunam subsistunt, ita & hominū certus est interitus. Is non tantum variis externarum iniuriarum incurfionibus undique
lacetitur, sed & alias in sese latentes causas ut morborum omnium, sic & febrium opifices fouet. Externæ sex rerum non naturalium numero continentur,
quæ licet ad agendorum indicationem nihil conferant, iuuant tamen morborum dignotionem. Internarum alie propriæ sunt, alie improprie: hæc febrem faci-
unt symptomaticam, cui non debetur curatio; illæ primariæ, quæ sunt duæ spiritus & humor. A spiritu, qui tenuis est et dissipabilis substantia, Diaria,
hoc ab ætlicâ discrepans, quod in illâ causâ interna subest, in hac cor laborat intemperie citra causam, quæ morbum foueat. Humor quadruplex, sanguis,
Bilis, Pituita, & humor melancholicus. Febres à sanguine omnes continuæ, putres, non putres, prout uel simpliciter calet uel putrescit.



RELIQUI humores non nisi putres febres accendunt, in maioribus vasis continuas, in minoribus intermittentes non tam accessionis typo,
quàm febris specie & ingenio astimandas. Huius frigoris, horror, rigor prodromus, qui initio in continuis malignitatis index, in pleuritide non
malus. Eas fore breues non arguit retardatio, ut nec anticipatio longas. Quod redeant facit motus, putredo, humoris cumulus. Quod statâ
perioâ sunt reduces non copia humoris, aut manifesta qualitas. In omnibus urina pulsusque index. Hic certior. Illa in putridis maximè
spectanda: neque tamen in affectibus ventris superioris negligenda.



CURATIONIS febrium momenta duo, purgatio et venæ sectio: quæ si loco adhibeantur sunt ~~et alexiteria~~ et alexiteria, si temerè & inconsideratè ~~et deleteria~~
& deleteria. Virunque ex contentorum tum vitio tum situ instituendum, non omiſſa, quæ ab affectu partis temperie, situ & conformatione sumi solet indi-
catio. Purgatio cacochymie remedium est, quæ omnes fere morbi, qui ab humoribus sunt, indigent: nequidem sanguis potest quantitate peccare, quin mox
qualitatis vitium adſciſcat. Adſciſcit autem citò aut alteratione, aut alienâ mixture. Utrique sua remedia, in contrarium alterantia, purgantia: hæc
licet calida, in febribus tamen vtilia, quia refrigerant: Quibus assumptis, ut & rigore presente, somnus obest. Horum facultas ut caloris nostri beneficio
suscitatur, ita & venenorum tam calidorum quam frigidorum vis ab eodem in actum educitur.



RVDENS & tempestiua sanguinis detractio ut multorum seruatrix, sic ~~et alexiteria~~ interemptrix. Ea non soli plenitudini, sed & cacochymia,
si in vasis, ut eidem, si extra vasa, catharsis utilis, imò & cachectia. Illa ~~et alexiteria~~ abolet, hæc ~~et alexiteria~~, in quâ corpus grauatur, ut in fœdu coloribus
apparet, licet sanguis suam symmetriam seruet. Non temerè, sed pro morbi magnitudine & virium robore præscribenda. Etas, tem-
peramentum, corporis habitus, anni tempus, regio tantum coincidunt: si quæ contraindident, non statim prudentem Medicum ab hoc reme-
dio debent reuocare, sic alio fluenti commodè imperabitur, licet sæpe aluum soluat, nec non mulieri viro gerenti, maximè si febris ad sit, quæ ut fatum aut
morboſum facit, aut corrumpit, abortumque mouet, sic illa & ~~et alexiteria~~ & ~~et alexiteria~~ refrigerio confert.



HOC in febribus intermittentibus saluberrimum remedium, in tertianâ in primis usurpandum, quicquid debilerent ~~et alexiteria~~ ~~et alexiteria~~, clamat urina ru-
bra, pulsus, aucto sero putri sanguinis vitium, & rigor, qui omnis aut à vasis aut ab ulcere est: in cæteris etsi causâ morbifica aliud suadeat, non tamen
omittendum. Eius in quartanâ tutior usus, quàm purgationis, quæ si paulo vehementior initio periculossima. Venam in affectibus partium è directo se-
care vtile, in communibus dextra sinistra præferenda: Hæc sanguinis missione statim febris pestilens ingulanda, diris aliòquin symptomatis hominem iugu-
latura: hæc elephantici & hypocondriaci succurendum: hos nunquam febricitare putet, ut & biliosos, licet cum febre symbolum habeant, cum semper
febrant: testes dolores, testu praua coctio, quibus præter phlebotomiam lac, balneum, vini abstinentia utilis.

Est igitur febribus intermittentibus venæ sectio remedium.

Proponebat ANTONIVS RABAVLT Blancius Bituricensis Anno. 1597.

